Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Fateor, me hic intra solius conjecturæ terminos arctari. Opinor, Katholdum a patre Arnulfo Imp. accepisse Comitatum Andecensem una cum ei annexis castris et pagis Tauensi, Summontoriano, Damasiano etc. ~~Conjecturæ hujus~~ Opinionis hujus momenta sunt, quæ sequuntur. I. Arnulfus Imp. fuit ex matre Luitswinde, Ernesto avo, Irmentrude proavia hæreditatis Andecensis etc. Vide supra Addit. 12, 13, 26, 32, 34, 39, 45. Confer etiam Add. 131 ad C. VIII, Ergo ~~H~~ potuit facile contingere, ut actuale dominium Comitatus Andecensis instar portionis legitimæ transferretur ab Irmentrude ad filium Ernestum, ab hoc ad filiam Luitswindem atque ~~inde~~ dotis loco ad Carolomannum Regem, indeque ad filium Arnulfum Imp., ab isto demum ad Katholdum filium etsi illegitimum. II. Nusquam legitur Katholdus Arnulfi filius aliquod dominium possedisse; sed nisi quod in comitiis Forcheimensibus legitimatus fuerit ad succedendum patri in Imperio, si huic ex legitima conjuge hæres masculus non nasceretur. Vid. Add. 47. Ergo nihil obstat, quin Katholdus Comitatum Andecensem a patre potuerit accipere. III. Katholdus ille, quem sequiorum Andecensium Comitum Patriarcham indubium Genealogi omnes, nullo saltem contradicente, statuunt, eodem tempore vixit, quo Katholdus Arnulfi Imp. filius. Nam B. Kasso Comes Andecensis Katholdi nepos ~~obiit~~ anno 854 945 in Palæstinam profectus est, obiitque an. 854. Kathoni ~~hæquit~~ scribit ex chartis Damasianis Sadernus Bav. sac. cum sorore Katta, matre S. Conradi Pontificis Constantiensis, pater fuit Kathbotho: huic Katholdus, caput gentis Anderianæ, quem Arnulpho Cæsare (haud scio an vere) natum tradunt. Kasso igitur circa annum 920 16 ~~ejus~~ Kapotone patre jam natus videtur: Kapoto vero patre Katholdo circa ~~anno~~ ~~900~~. Quo ipso tempore vixit Katholdus Arnulfi filius. IV. ~~Kochmannus~~ Kolano in dissert. de ~~orig.~~ Burgrave Norimb. ~~Arnulf. Stamf. p. 11~~, in tabula genealogica Ducum Comitum Andecensium, Katholdum sine hæsitatione appellat filium Arnulfi Imp. Tabula I. Comitum de Andechs, Hohenwarth, Wolfratshausen, et Diessen. Katholdus filius Imp. Arnulphi ex concubina Ellinrat ~~fl~~ (floruit) anno 887 et 895.

/et adjectam tabulam genealog. Com. Andec. et Sibyl.

L 936 interfuit ludis equestribus Magdeburgi, teste Hundio in bayr. Stamm.; an.

seculi IX finem

Annales Fuldenses a. 945) Annales Fuldenses a. 945 memorabilis Marchione Ernesto, eundem fuisse Leopoldum patrem, contendit Stalin. Ita quod Ludovicus Imperator appellat in diplomate Leopoldus idem officium ... quod utrique amplissimum ... quod sibi commodissime ... Ducem Bavariæ ab ... distinguendus est ... Marchione ... supra scriptoribus ... fuisse Cunegunda ... Eidem Leopoldus a. 904 Chron. Lauriss. ... quia speciale ... sed subfuit Regi ... Germania). Unde ... Ducem Purchardum ... Bavaria, ... Bavaria, sed parti ... Orientali fu ...

Adriano IV. sex Zacharias ... Rapsili -- quand ... Stephani (vixit eo tem ... confessorem, quæ ... Luitpoldo Comite ... propinam dona ... Martyris et Cassian ... Ecclesia, ita ... anno Dominicæ Incarn ... Regni Ludovici ... Romæ notis illustrat Ra ... adverbio Luitpoldum ... appellari propin ... Hunc anno sequ ... Avenpeckins in Ca ... Hungari commisso cum ... anno occiduntur nempe ...